

ergo relaxatio voti erit hoc idem. Patet q^a dispensare super votum nihil aliud est, quàm tollere vinculum & materiam eius, vt dicit Caietanus, ver. *Votum*: ergo qui concedit potestatem ad relaxanda vota, concedit potestatem super ea dispensandi. Et aduerte, q^d postquam Sixtus. 4. concessit potestatem permu- tandi vota: addidit potestatem etiam rela- xandi: vt aliud intelligas nomine permuta- tionis, & aliud nomine relaxationis cap. *His- q;* de Excessibus Prælatorum cap. *Ac si Cle- rici de adulteriis.* Ex Patribus Noreña, & à Veracruce in suis compendiis, verbo *Dispen- sare*, concl. 9. vbi etiam referunt Leonis. 10. concessionem factã Fratibus confratrie Ro- sarij dicentibus qualibet septimana. 150. *Aue Maria*, & 15. *Pater noster*, quod possit con- fessor Ordinis Prædicatorum in festo Incar- nationis Christi, Purificationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis Beate Virginis, & in die Resurrectionis Christi, & in tribus diebus præcedentibus dictas festiuitates re- laxare quodcunq; iuramentum sine præiudi- cio partis.

¶ Tertia decima conclusio. Possunt con- fessarij regulares per Generalem Ministrum

¶ § § § § § § § 3

depu